

**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

.....Or.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Vbertim binis quas contulit ipse talentis.  
 Diuide, dispensa, profer, largire, ministra,  
 Quod tibi diuina corban descendit ab aula.  
 Hoc heros mandat, data dans dare dapsilis optat.  
 Quantò plus dederis, tantò plus danda mereris.  
 Arca cluit dando, vacuatur & ipsa negando.  
 Qui sua deriuat, soli sibi flumina seruat.  
 Haec exhortando, non te sunt dicta docendo;  
 Quippe theoreticè quem Spiritus imbuit arte.  
 Aruum iam sitiens, de te desiderat imbris,  
 Eloquij pluia squalentia complue rura.  
 Disciplina patris mibi sis, compassio matris.

## ..... O.R.

**M** Athitæ fido præsens, didascalus esto,  
 Annuat omnipotens, qui cœli sustinet axes,  
 Atque grauem vastam terram sustentat abyssu,  
 Ipse tua ut suppar virtute diutius utar,  
 Viuere sitq; meum, quod te scio viuere sanum.  
 Funde preces Domino pro me, mi frater, id oro,  
 Et plebi totæ sit prex tua fultio vita.  
 Dum fruor hac vita, vitali vescor & aura,  
 Dum sensus sapiunt, dum linguam . . . manebunt,  
 Te meditor semper, te ruminio voce frequenter,  
 Iugibus & votis, habitare palatia lucis  
 Te, tibi me iuncto, l E S V M precor esse. Valeto.  
 Hic in calce rogo claudens hoc . . . sigillo,  
 Ut vinclo fidei, quo vos me stringere noui,  
 Nostrum Harthonem, vestrumq; ligetis eodem,  
 Et qualem vobis me corde valere velitis,  
 Talis ei sis, & plus, quia plura valetis;  
 Quos vobis fidos, & quos habeatis amicos.

Ad nostram orationem per vos ducantur iudicium.  
Nos vobis equidem ritu faciemus eodem  
Nobis concordes, ad vos conuertimur omnes,  
Servantes legem fidei nihilominus ipsi.

CARMINA SALOMONIS EPI-  
SCOPI AD DADONEM EPI-

SCOPVM.

**E**ximie Antistes, has accipe, Dado, salutes,  
Conscriptas tristia à Salomone tibi.  
Sicut latorum fuerat pars antea meorum,  
Sic nunc tristitia pars, Pater, esto mee:  
Gaudentia congaudere, & cum flente dolere.  
Scriptio quam dictat, Tarquinia imperit:  
Tempore transacto damnum generale querendo  
Quædam conscripti, Præsul amande, tibi:  
Obliqua dolui mundum vertigine ferri:  
Mixtim diuersa explicuique mala:  
Pecunia confilium de te, mi care, malorum:  
Singula differui, quæ fuerant oneri:  
Casus multorum sed me nunc obfudit unum:  
Et diuersorum me puto fasce premi:  
Dum frater vixit, quidquid me durius urxit:  
Insinuans illi hoc leuius habui.  
Hic mibi portus erat, mens hac se referebat:  
Cum mare iactaret, meq[ue] salum quateret.  
Hic baculus lazzo, fuit hic medicamen & agros:  
Istuc dum viguit, nil mibi triste fuit:  
Esto, iam fuerit; sed cum fuit ille, subegit:  
Cum perpeccus eram: nil patiens fueram.  
Qui dat aquam capiti, cui præstò est causa dolendi?  
Cui plorare quidem, multaque fovere libet.

In m. c non est  
titulus.

Röm. 15.

d. 2.

Dici-